Veteres hanc passionem praecipuam esse dicunt, indeque eam cardiacam (in cod. *cardiam*) appellaverunt, nam cor Graeci cardian dicunt; verum ipsa res indicat nihil aliud esse quam febrem acutam cum nimio doloris fluxu per totum corpus manantem (*-te?*), cum primo pulsus venarum signa praecedant. Cardiaca passio plerumque estatis temporibus est et facile laedit (in cod. *-at*); facilius videtur advenire haec passio in calidiora corpora, et juvenibus bonae corporibus habitudinis; praecipue seducit aetates (*se ducit* pro *advenit aestate?*), lavaero post cibum, post coenam vomitu (in cod. *-tum*), sed moerore frequenter-in-sudore corpus, consensu (in cod. *-sum*) animi cum corpore, replet[um] — [cf. Coel. p. 147.] — ad hanc valitudinem. Fiunt cardiaci quinto vel septimo die in convenientibus febribus, et urentibus ignibus atque cumflammatis; ubi autem facti esse coeperunt cardiaci, sequitur eos refrigeratio summarum manuum et plantarum (in cod. *sequentes eos refrigeramus summas manus et plantas*), plerumque usque ad cubitum et genua vel etiam per totum corpus. Venae pulsus est, id est velox, parvus, minus clausus, inanis et veluti levis (in cod. *-es*); at ubi coeperit crescere passio, vivax neque clarus (in cod. *clara*) sed cum tremore et formicatione (in cod. *-datione*) et condito [se]

subducens. Sequitur eos defectio animi atque subductio, et numquam dormiunt; quibusdam quorum sudor est minimus, [dehinc] per totum corpus se diffundit, multus est hinc et pinguius, glutinosus, lentus, aut si eum teneat deducitur (*tractuosus* ap. Coel. p. 148) *clem* (sic) (*κολλώδη??*) dicunt Graeci; post hoc erit et gravitudo oris, ut solet esse odor atque in aqua caro aliqua cruda lata, et inspirat densus et, sine viribus sensus (*animi defectus* ap. Coel. p. 148), tremula facies, pulsus calidus [39]), concavi oculi foras illi gravantur; [si] desinunt accessiones (*acces. translatis* ap. Coel. p. 148), lingua livida (*humida?*) est; si quando per epiplocen sese laborant, [tumore in visceribus] dominando, tincta (pro *rubra*) est lingua (cf. Coel. p. 148). Ubi coeperit urgere passio, tunc visus hebetatur, livescunt eis summae manus plantaeque, gibberosae fiunt et ungues; item in eodem loco jacent cum palpatione, primo quidem his pulsus est densior, post autem defectior; cutes eorum corrugantur (in cod. *corri-*), plerumque in tantum in modum uvae passae corrigescunt. Accedente ventris solutione malum signum est et quando plorant nulla praecedente causa [ob quam sicci]; aliquando ex parte aliqua oculi eorum pituitam gignant, apparente in eis oculis signo quod oniscion (*ὀνυχίον*) appellatur; item avide conantur simul totam escam devorare, non tamen digerit[ur], subinde cibis delectantur. Haec omnia signa sunt mortuorum; aliquando fastidia patiuntur; aliquotiens per insaniem labia et linguam submordent, dicentes escam mordere; semper delirant; tunc debemus nec vinum dare, nec varium cibum.

---

[39]) Dans Coelius, cette mauvaise odeur se rapporte à la sueur et non à l'haleine: *Sudor .... male redolens tanquam lotura carnis, respiratio parva atque anhela et insustentabilis.* (p. 148); —*inspirat densos* est sans doute pour *inspiratio densa* ou *inspirant densum*, dans le sens de *parva et anhela* — *Calidus* semblera sans doute une épithète singulière pour le pouls; *calidus* a quelquefois le sens de *rapide* au figuré. Peutêtre doit on lire: *calida facies, pulsus tremulus.*

Item aliud signum est, cum post hoc accepto vino molestius atque implicata febre et cum lassitudine corpus dissolvitur; oculi rubescunt, lingua fit sicca et aspera, praecordia eorum vero agitantur, plerumque autem et sine sudore dissolvuntur membra eorum; ubi autem bene coeperint vertere, pulsus venae apparescit; aliquando enim cum cibus adhibetur, sumunt et dormiunt, equidem velut quadam lassitudine.

[cf. Coel. II, 34, p. 154 sq.] — Apte postea et expeditius ammonemus fuisse discessionem quae pars maxime in eis laboret; et nobis placet totum corpus implicatum esse; et potius scripulose quaeri, utrum cor in causa sit, an membrana quae cor tegit, an toniacus (*stomacus? — seu tunica* pro *pleura;* ap. Coel. *diaphragma*), an pulmo, vel jecur; non haec particulariter curantur, sed toto corpori medicantur.

[cf. Coel. II, 36, p. 158.] — Quomodo [dis]cernitur sudor ille qui febris solutionem significat ab eo qui invadit cardiacum? — Istorum sudor non satis profluit calidus, in cardiacis autem sudor est frigidus et per amplitudine[m] vel parvitate[m] ejus passionis; parvus cursus (*cursu?*) atque obscurior atque densior motus (in cod.: *si motu*) venae; torax ei gravatur, et frequenti (*πυκνῷ*) spiritu inspirante (*-ant?*) assidue; neque est (*ex?*) animo sunt; illi autem qui bono viscerum sudant, calidum; pulsusque venae aequalis est; atque si in summa cute fuerit [sudor], bene inspirant, bono animo sunt atque relevatio eis est, quocumque urgere[40]).

[cf. Coel. II. 36, p. 156—157.] — Quomodo separemus passionem cardiaeorum a passione stomachi? — Si in stomacho

---

[40]) Le ms. a *relevationis eis esse .... urgeri. Urgere* me semble devoir être considéré comme un infinitif grec, ὥστε étant sous-entendu. Il a d'ailleurs ici le sens de s'occuper de quelque chose; — ce membre de phrase veut donc dire. Les malades s'occupent de toute espèce de choses (*circa quamcumque versantur*).

causa fuerit in fervore, sequitur (ut stomachum in ante annos validum dicam) fervorem (in cod. *in fervore*) sequi initio (in cod. *initium*) ac dolorem, et item quaedam durities si (*ut?*) in praecordiis inveniatur, vel in dorso, item ut pressura fiat post acceptum cibum[41]); quod si imbecillitas adsistat stomachi, multum exspuunt et humidum os habent. stomachi nausiam patiuntur, rejiciunt humores, nonnunquam et cibum sumptum; et manus infrigidant ac pedes sicque fit inaequaliter nam plerumque calescunt. Cardiaci (in cod. *-cum*) autem nullum dolorem inspirantibus sentiunt, neque gravantur post cibum, neque rejiciunt; rigorem illum summarum manuum atque plantarum aequalem habent; sudorque eis plerumque crassus adest et mali odoris; eis autem qui per pressuram stomachi sudant tenuus sudor oboritur, semper subductio animi vel stomachi, cum incipiat accessio, fit (in cod. *fiat*); quamquam subdivisio atque separatio obscuretur[42]), tamen genus curae quod adhibemus in nullo impletur (*impeditur?*), ut eisdem adjutoriis utamur. Est autem passio cardiaca de fluxis et acutis et validis, eo quod (sensu *attamen*) stricturae quaedam eis non desinunt (*desunt?*), ut eis tensio praecordiorum et in pectore aliquibus est.

[cf. Coel. II, 37, p. 160 sq.] — Quomodo nos oportet curare cardiacos? — Multi auctores dicunt eos incurabiles esse, sed tamen aliquando curantur sic: jacere debent loco refrigerato et umbroso, non satis lucido; perstringantur tunc et flabella oppo-

[41]) Cette phrase signifie: Si la maladie du *stomachus* tient à la chaleur (supposé qu'il ait été sain les années précédentes), il y a au début de la chaleur, de la douleur et une certaine dureté dans les hypocondres, etc. — On voit que l'auteur change deux fois de construction dans une seule phrase.

[42]) D'après Coelius, p. 157, la distinction de ces deux maladies devient obscure si elles coexistent. Notre auteur a-t-il mal compris le texte qu'il abrégeoit ou sa phrase est-elle mutilée, ou enfin a-t-il voulu dire d'une manière absolue que le diagnostic différentiel est obscur?

nantur, et aqua subinde spargantur, et odore bono praefocentur; et opponamus ut folia vitis, mirti, quercus, pini, lentisci et malagranati et rosarum vel his similium stramenta; item operiantur laenae quae (in cod. *qui*) habent floccum, quia calidum solvit corpus; stratum non durum sit, latus sit lectus ubi se subinde volvat; exinde fricare debentur pedes ac plantac qui frigidi sunt; non debent de aliquo toedio cogitarc; in ipso impetu accessionis caput ejus foveamus oleo frigido et melle, et flabellemus; spongia frigida exprimi debet et ad cervicem applicari et faciem; post hoc totum corpus et stomachus spongiis pressis intinguendus in frigida, aut lactis aut aceti ubi inde utemur (*admiscentes etiam aceti quidquam*; ap Coel. p. 162.); intinguentes autem pannos lineos in sucis herbarum aut arnoglossae, vel poligoni, vel portulacae (in cod. *porcaclae*), vel zoi (*aizoi*, id est ἀείζωον = *sempervivum*), vel mirti, vel rubi mollities, vel malogranatorum debemus colicolas (*cauliculas?*) coquere, et in frigida aqua opponere, vel ypoquistida, vel agatiam solvere ex pusca, vel omfacio, vel etiam in oleo viridi aut lentiscino, et ventri, et pectori, ct stomacho opponere, et ad orificium ventris opponere. Quodsi sudor perseveraverit, simpasma adhibetur, sic tollis; et thus, mirti siccae folia, alumen scissum, et omphacium siccum, plumbum ustum et lotum, gipsum, cretam, mammiam (*mumiam?*) et coliculos malorum granatorum, in noctem binam vel ternam sicca spargis et corpus fricas; sic de suprascriptis corpus cataplasmabis, vel omnia sicca et frigida; item manna thuris cum ovi albore ad mellis crassitudinem corpus perunguatur; cataplasma adhibenda staltica, ubi causa mirabitur (*minabitur?*): cariam tritam cum oleo viridi, vel mirtino, aut lenticino, vel vino, vcl rosaceo, vel polentam tritam admiscemus cum pusca; item dactilos, mala citonia cocta cum palmulis admiscemus, agatiam, aut alumen, aut ypoquistidac sucum, aut rorem siriacum; item cataplas-

mabis de suprascriptis herbis, cum pane duro sicco imponemus; cataplasma autem subinde renovemus; item panem, palmulam (in cod. *-lum*) et semen lini recentes damus non satis frigidum; ponemus odoramenta naribus: panes assatos et ipsum fumum mali citonei, mirti et ex his similibus; eorum (glos., seu *eis*) damus mellis partem unam aquae partes duas ad mellis crassitudinem redactas (*redigendam?*), damus coclearia singula per triduum. Ubi autem ad declinationem venerit, mulsam dabimus coctam cum modico vino, pulta (in cod. *-sa*), ova apula, de pomis pira aut cidonia, pulli columbini, palumbi, perdicis (in cod. *-es*), et anseris (in cod. *-res*), et attagenis (in cod. *atagina*), mandida caro (*madidam*, sc. *coctam carnem*); et de (*sed?*) stomacho indigestibilia sunt rostrum porcinum, vel colifia (*κολλοπία*, hoc est *calli*), vel cerebella, vel hedinae carnes, vel capreolorum; — de mari autem locusta, mugilis, lupus, purpura, pelorida; — de oleribus intiba, plantagines, asparagi; in declinatione plana damus vinum album leve transfusum. Bonum signum est quando pulsus venae surgit, sudor minuitur, frigdor avertitur, somnus sequitur; quando ista omnia sunt, vinum accipiant et post epythimatibus confortentur constrictivis et cucurbita in ore ventris; quodsi aliquid remorabitur, clisteres iniciantur; maxime perniciosum est fluxu[s] ventris; aut (*at?*) si fuerit, sucus lenticulae iniciatur, tercio lavacris utantur.

XIV. Quae sunt passiones colerum adjacentes? — [cf. Coel. III, 19, 20, p. 253 sq.]

Quomodo ab se discernenda sunt colera (!)? — Cum ipse patitur fluxum et disolutionem stomachus (in cod. *stomachi*), signum est vomitus; fluxus aut ventris conturbatio [ventris dissolutionem significat, in colera vero utrumque concurrit], cum quibusdam malis signis, de quibus mox dicimus. Ascensiones et descensiones ejus passionis (in cod. *-es*) intellegimus: cum

jactant se huc atque illuc, atque fatigationes erunt, aut deficiunt quod fit per conflatum (in cod. -*ti*) stomachi humorem, item cum summae manus atque plantae contrahuntur, intellegimus eos in accessione esse; cum autem post vomitum laetiores aliquando sunt et relevationem stomachi sentiunt, neque morsum patiuntur intestinorum, intellegimus remisisse. Catholice autem ea passio valida est et acuta; et aliquando simpliciter influxantur, aliquando mixtam habent constrictionem, quam nobis dolor aliquis orsus stomachi et ventris atque intestinorum indicat, et constrictiones illae manuum atque plantarum (in cod. *quamquam*.. *dolorem aliquem orsa*... *hoc dicant*). Proprie autem in hac parte stomachus est qui laborat, et aqualiculus, et intestina, quibus caetera pars consenserit corporis. [cf. Coel. III, 21, p. 257 sq.] — Colerici autem curantur similiter ut cardiaci, loco refrigerato atque in strato eos collocare debemus, in potu aquam tepidam dabimus quod Graeci galathedos (γαλακτῶδες) vocant; ubi cessaverit vomitus, hi penitus non commoventur, quia et si tantum corpus per [mutetur?], fluxus (in cod. -*um*) provocatur. Faciem et os ex spongia in aqua calida aut in frigida fovemus, et manus ac plantae fricandae erunt; si fuerit ligatum corpus vinculis, [saepius] resolvatur; in pusca frigida panem accipiant, et post diem unam et noctem unam recentem bibant, et naribus odores bonos apponamus velut cardiacis, vel flabella, et odoramenta: puleium, mentam, sisimbrium, cucumerem, mela citrina, iterum mala citonia, flabella ex mirto viridi, folia vitis, folia calami; epithimata quaerant stiptica, ad tumorem circum pectus et os ventris, assidue ea (in cod. *eos*) mutare ne calefaciant, et subinde his spongiam frigidam apponamus ut frigdorem sentiant, et causam fluxam constringant[ur?]; quodsi sudor est, magis surgant et dolores intestinorum, et post nec frigdorem satis sustineant, oleo dulci calido leviter stomachum fovemus; quodsi febris inter est,

debent uno die a cibo vel a potu abstinere; si tolerare non potuerint, levem cibum vel potum accipiant, ne cum plus dederis, iterum stomachum impleas, et provocent[ur] vomitus; ubi ad meliora coeperint ire et febres non sunt, balneis utantur, die intermisso, per triduum iterum intrent.

XV. De diarria. — [cf. Coel. III, 22, p. 265 sq.]

Signa sunt simplicis fluxus ventris quod sine ullo dolore stercora in humore solo reddunt, atque relaxantur; quodsi plurimis diebus atque assidue rejiciuntur, etiam intestinorum vulnera arbitrantur, ut disenterici fiant; propter quod negligenda ea passio non est; oportet ergo hos coquere et in mito (*pitho?*) manere et abstinere tam cibo quam potu; imponereque debemus cataplasma celticum sub lumbos et umbilicum; sin fluxus cessaverit et eis diebus cibum stipticum, etiam reliquum [cibum?], et vinum da, et balneum in vase aeger recipiat.

XVI. De cordapso, hoc est yleon dolor. — [cf. Coel. III, 17, p. 235—236.]

Recentissimis est volvulus, yleon Graece dicitur[43]); ergo vel quod sequuntur (*arcuantur?*) quaedam qui nunc dolorem patiuntur, vel quod dolori intestinorum obtortiones occurrant, sic appellatum dicunt. Dolorem praecedunt eum multa quidem et alia signa ceterarum passionum, praecipue tamen perfricatio (pro *perfrictio*), cruditas; idemque [si] cibi inflati accipiunt[ur], et [si] concurrunt graves (in cod. *gravia*) et si qui novos (in cod. *nobis*) cibos faciunt; idem et acres cibi (in cod. *acria sibi*), et si medicamenta alia potata sint, et fungi intestinei. Qui hunc dolorem patiuntur inflationem habent ventris

[43]) In cod., *recentissimus est yleon obvolvere graece dicitur;* ce qui n'offre aucun sens. Je crois ma restitution très-probable, sinon certaine.

valde atque intestinorum; [h]is dolor est grandis cum illo quoque clunis, item [eorum] quae sunt infra atque supra umbilicum; vesica quoque conjuretur[44]), stercora non redduntur, in totum everso stomacho computatur nausia, sitis valida, crassum et grave inspirantia; nabnoenda (! ἀναπνέοντα) nam Graeci dicunt; summae manus plantaeque eis perfrigescunt, densus pulsus venae fit, subglutiunt, ventum reddunt, neque tamen relevantur, et si quid per clisterem missum est, non reddunt; in mulieribus et vulvae spasmos patiuntur; vomunt flegmata; duo autem qui vehementer affecti sunt, etiam stercora vomunt; quando et pulsus secutus est (*concidit* ap. Coel. p. 236.), lingua autem eis nigrescit atque aspera fit; haec quoque de stricturis est et de acutis erunt. Adhibenda laxativa et calida adjutoria et clisteres; vel omnes eis curae erunt adhibendae quas in colicis superius annotavimus.

XVII. De his quibus stercora non redduntur.

Haec res accidit plerumque eis qui cum strictura febricitant, scilicet habentibus sicca stercora nimio febris ardore; hoc oportet ad clisterem foris deducere, sicut in secundo BITANIATICON[45]) ostendimus; subjecta erit rubrica de his qui in acutis

---

[44]) Le ms. porte *quom* (sic) *juvetur*, corruption très-explicable de *conjuretur* (pour *conjuratur*); ce qui répond à ces mots de Coelius (p. 236) *consensu etiam, vesicae et officiis ventri perfecta abstinentia.* Aurelius a sous-entendu que la vessie ne laisse point échapper d'urine.

[45]) Ce mot est singulièrement altéré; ne peut-on pas y retrouver *boethematicon* (βοηθηματικῶν): un copiste aura écrit *boi*, d'où *bi*; — la différence paléographique n'est pas grande entre *ma* et *nia*; reste le changement d'*e* en *a*, ce qui ne saurait être non plus une difficulté. — Du reste Coelius, d'où toutes ces choses sont évidemment tirées, avait écrit un ouvrage en plusieurs livres sur les médicaments (*Medicaminum libri*); Aurelius n'aurait donc fait que reproduire une citation de l'original qu'il abrégeoit.

febribus in impetu habent dolorem; et [an] praecordia, splen, et jecur, et aqualiculus, sive singula haec, sive omnia essent in passione, est demonstratum (in cod. *-tivum*), quemadmodum in his, quibus signis et passiones comprehenduntur. Quae nos omnes scimus inveterantibus passionibus, eadem de his sunt scripta, sed et quae ad curam ejus attineant omnia adjuncta sunt, quamquam et haec communi ut cetera curantur; propter quod in quibusdam debebimus, si non grandis sit causa, [uti] lanis in mollibus ac mundis fomento olei calidi ac dulci; si amplior sit causa et cateplasmatibus et cucurbitis et pitiriasis (*πυριάσεσι?*) spongiarum, et debent intingui in liquore jam saepius dicto; post quae cerotario erit utendum, scilicet ubi declinare coeperit passio; in impetu autem clystere (in cod. *-rem*): aut in mirto et in cantabris et betae radicis decoctione, mel et salem et oleum in se mixtum, vel nitrum, aut afronitrum, et mulsam, et oleum, aut carenum, salem, oleum; ut tepuerit, ova dura immixta inice.

XVIII. De his qui in febribus tremunt.

Cum fuerit tremor, [morbus est = *in cod. lacunula*] in acutis febribus tam gravis, ut plerumque mente evectentur; est autem passio nervorum sintona; cuneron (?) Graeci dicunt; deprehenditur ea passio vel in strictura, vel in fluxu, haemorrhagia (in cod. *pulsu ermorogiae*), item sanguinis vomitu; quando (pro *in quibus casibus*) nos oportet mitigare fluxum (pro *fluxionem*) instringentibus adjutoriis, secundum quae saepe demonstravimus; sed et cum in omnibus sectalibus (?) remissio secuta fuerit, utile est aegros in oleum dimittere, aut in stomacho curare, et acopo uti diasampsuco, aut diaquilon in oleo soluto totum corpus perunguere; et bibant elixaturam absenthii pontici.

XIX. De Apoplexia. — [cf. Coel. III, 5, p. 198 sq.]

Apoplexia est deprehensio, atque lapsus, atque subductio; plerumque sine febribus venit et ad repentinum talis, ut sine sensu et veluti mortuum efficiat eum, cui cumvenit. Erit semper acuta et numquam inveteratur; praecedunt hanc valitudinem, id est causam ejus (sc. *aegri*) haec: si quis assidue valde frixerit, [aut] contra valde [aestuarit]; in acutis causosin Graeci dicunt; item si quis frequenter sudaverit; maxime [h]is qui pasti laverint (in cod. *passilaverit*) aut colluerint (in cod. *-it*) frequentius accidit (in cod. *oc-*), [aut si cadit in] posteriora, et ab ictu (in cod. *et adjectum*) membranae capitis quam Graeci minignam (*μήνιγγα*) appellant; in pueris ex nimio metu. Summa his ejus rei est quod prima die aut moriuntur, aut secunda, aut longum tercia, aut raro evadunt; non omnes in totum atque integre levantur, quando plerumque sequitur paralisis, vel partis alicujus corporis, vel partium aliquarum; plerumque autem aliquando veterescunt et velut capti mente sunt aut loquuntur; dum aegri sunt, primo dormiunt et si quis illos de somno excitet, plerumque aliena loquuntur. Passio autem celeris (in cod. *deuteris*) est et de acutis, eaque valde incumbit (in cod. *-at*) declinanti aetati ac valitudini (in cod. *-ne*); caput in passione est, at colligitur ex eo quod omne corpus tunc sine sensu est. Facilius autem curantur si firmiores sunt; si quis autem firmus est, difficilius sive per aetatem sive per qualemcumque valitudinem, et praecedente inferiore (*fervore?*).

[cf. Coel. l. 1, p. 202.] — Curantur autem sic: lanae calidae in stomacho et praecordiis erunt apponenda et capitibus; facies quoque eorum ex spongiis aqua frigida tinctis foveantur, aut in ipso die triton (*διάτριτον*) flebothoment, quum sanguis causa est; triduum a cibo abstineantur; oleo unguendi sunt et inspongiandi; si stercora non redduntur, clisteria sunt adhibenda;

cucurbitae stomacho et cufac imponendae, et cataplasmandi sunt, deinde cerotariis [uti]; si febres parvae sunt, utimur ex balneo aliquotiens. Apoplexia per paralisin cadit adeo ut curentur apoplectici[46].

XX. De spasmis et tetanis. — [cf. Coel. III, 6, p. 204 sq.]

— prostotoniae — Eadem prostotonia dicitur graece[47] — spasmus e[s]t tensio atque contractio partium corporis cum valde acuta strictione atque dolore; tetanus est ea quae est a cervice recta tensio propter validum flegmonem; prostoton est autem cum cervix flectitur in pronam faciem in priora, sed propter validum aeque flegmonem; opistotosin est autem contraria ei; parum deducitur a cervice[48]); omnia haec cum his suis signis agunt[ur] non voluntate (in cod. *-tem*) patientis sed pro stricturis partium (in cod. *partibus*) sunt. Spasmi haec sunt signa: vix aeger cervicem movet; frequentes sunt oscitationes (in cod. *oscillationes*) et maxime loqui volentibus[49]); cervicis nervi dolebunt, modicam extensionem atque duritiam [patiuntur] cervicem rectam vix patiuntur[50]); nam et cum ali-

---

[46]) Aurelius a-t-il entendu: L'apoplexie aboutit à la paralysie; aussi faut-il traiter avec soin les apoplectiques? ou plutôt ne faut-il pas supposer une interversion et une substitution de mots et lire ***ideo curentur ut paralytici.***

[47]) Après le titre se trouve le mot ***prostotoniae;*** les mots ***eadem.... graece*** semblent être le commencement du chapitre; mais, si je ne me trompe ***prostotoniae*** (lisez-***tonia***), et ***eadem .... graece***, sont des gloses déplacées de ***prostoton***, qui vient quelques lignes plus bas. Peut-être peut-on supposer aussi qu'un copiste aura regardé ***prostotonia*** comme signifiant la même chose que ***de spasmis et tetanis***, et aura exprimé cette opinion par ***eadem graece***; — et qu'un autre aura écrit dans le texte même ***prostotoniae***, ou plutôt ***vel de prostotonia***, ce qui serait devenu ***prostotoniae***; mais ma première conjecture paraît plus probable.

[48]) Ce qui signifie sans doute: La maladie ne s'étend guère au delà du cou.

[49]) Ce membre de phrase corrige le passage altéré correspondant de Coelius, qui a: ***jugis oscitatio, et magis locis volentibus***, p. 206.

[50]) Le ms. porte: ***Cervicis nervi dolebunt, cervicem rectam vix patiun-***

qua difficultate transguttiunt, et si os aperuerint magis, plus dolent; aliquotiens auribus impediuntur; auditus quando impeditur; non bene loquuntur, et si hi spuunt, dolor accidit; plantae quoque dolorem repentinum patiuntur; at ubi impetus erit, tunc venae et nervi plus dolent cervicis et [buccae?] musculorum; facies rubore perfunditur; pigre os aperiunt; dentes dimittunt; sudant multum; summae manus ac plantae illis refrigescunt; pulsus tenuis; reducunt flegma (in cod. *flegmonem*); ydron Graeci dicunt [51]; sequitur constrictio membrorum; humor illis per nares concisus fertur; non possunt integre transguttire; qui[bus]dam illorum et alienatio sequitur; velocem dant spiritum. Itemque tetanicis in rectum cervix tenditur neque flecti potest.

Opistotonici autem sunt qui cervicem retrorsum contrahunt cum magno dolore dorsi; atque renes et crura eorum cum sensu (*tensu?* pro *tensione*) patiuntur; nam usquequaque extendere non possunt; digitos autem in pugnum habent conjunctos, ut Yppocrates (*de Morb.* III, p. 491 ed. F.); nam multum deterius se habent quam tetanici, et multum deterius hi omnes habent si in vulneribus localibus passi sunt tetanum.

Enprostotonia: ut diximus, inclinatur in pronum cervix sic, ut mentum pectori jungatur; aliis (*ilia?* cf. Coel.) quoque eis tument et praecordia; assidue mejunt; livida est eis urina; digiti eis flecti non possunt; adducet usque ad periculum, sed (in cod. *et*) [quandoque] liberati sunt. Si in vulnere fuerit

---

tur, modicam extensionem atque duritiam; il y a eu là certainement transposition et par suite suppression du verbe *patiuntur* que j'ai mis entre crochets, ou d'un verbe analogue. Cf. Coel. p. 206; *atque nervorum,* etc.

[51]) Coelius ne parle ni de ce symptôme, ni de celui que notre auteur exprime par ces mots: „*humor .... fertur;*" il dit au contraire: *Et infusi et destillati liquoris in os recursio per nares fit* (p. 206); ou bien Aurelius a mal compris son texte, ou bien il en avait un autre sous les yeux. — Il entend sans doute par la première phrase un vomissement ou un crachement de matières phlegmatiques, et par la seconde un écoulement de matières muqueuses par les narines.

spuma ex aëre projecta (in cod. *-mam -tam*), sive in terra[m] proiciatur, aut in lapidem, sive in aquam, et si homo, sive aliquod animal transitum exinde fecerit, dementia statim repletur, aut in rabiem convertitur; sic ex terra, aut in lapide, aut in aut (sic) aliqua re ipsa deducitur (in cod. *ipsi dicuntur*) ydrofobas, hoc est imbris (in cod. *umbrae*) timor (in cod. *-re*), vel ex venti turbore; quod [si] in aqua fuerit projectum animal sive homo [rabidus], qui exinde transierit vel biberit, statim demens efficitur aut rabiosus.

Ydrofobi signa: eorum quae (*qui*?) passi sunt et qui venenum biberint post morsum autem quibusdam tardius, quibusdam velocius haec passio evenit; quibus velocius intra dies quindecim aut quadraginta aut tercium mensem; quibus tardius post annum. Signa haec patiuntur: desiderium bibendi, cum motu inrationabili, et in eis est timor quasi quia cane mordentur; turbantur subinde et in somno et vigilias patiuntur; accepto cibo sentiunt gravedinem in stomacho, membrorum tensionem cum tremore, oscitationes; assidue vox illis inraucat; frequenter reddunt anhelitum; aer vero velut viridis eis apparet; plus bibunt a solito (cf. Coel. p. 220.); ... vehemens illis desiderium bibendi; os aperiunt; lingua foris laxatur; labia spumant; deficit totum corpus et caput; visum deponunt; quando ambulant; per tempus attenuantur corpore, quia nervi [debilitati?], dum morsi fuerint; nec cibum nec potum desiderant; nam qui a cane rabido morsi fuerint et solum dentium morsu (in cod. *-sus*) vulnerant[ur], hi laborant sine aliqua conturbatione [1ª *species rabiei*]; qui autem rabidi fuerint canis morsu cum spuma furunt (in cod. *fiunt*) [2ª *sp.*]; nam (pro *autem*) sine aliquo morsu canino timorem solum aquae patiuntur [3ª *sp.*]; vel quicquid potum acceperint vel sorbile et subguttiunt fortius; et ventositates in stomacho; jacere non possunt; aliquotiens clamant et strident, rugiunt; aliquibus et

spasmus, difficile solvitur duritia quae nata fuerit spinae; si sine vulnere, facile solvitur. Ypocrates autem dicit (*Aph.* II. 26; cf. etiam IV, 57 et 66.): Quum si spasmo febris subveniat, signum esse salutis; quodsi spasmus febri superveniat, contra periculosum signum est. Sic causam alio loco monstrabimus (*-vimus?*).

[cf. Coel. III, 8, p. 209 sq.] — Quomodo omnes curantur? — Stricttualis (sie) est omnium passio; ita erit locus secundum quod diximus; omnia primo adhibenda levia; triduo, si possunt, a cibo abstineant; fomentum de oleo calido in lana tincta in oleo apponemus locis dolentibus; sequenti die cataplasmata quae calorem habeant, aut vaporationes ex plagellis laneis, vel saccellas ex farina, aut furfuribus aut sale, ut summae manus aut plantae sudent; venas laxamus ante dietriton; vultus et facies eorum fovenda erit ex aqua calida; et clisteria adhibeantur et scarificationes; inde cerotaria, inde et malagma diaquilon, aut amnis (*Mnasei* pro *Mnaseae?* cf. Coel. p. 212.); sive *acopis* pinguioribus quae conficiunt[ur] ex medullis, et adipibus, et caeteris evectionibus (*infusionibus*? cf. Coel. p. 212.), in dimissione utantur, et hoc valde prodest; lotium quoque caprinum opistotonicis potui datum validissime prodest; quidam autem eorum articulis idem instillantes vitium emendaverunt; item aliud summum opistotonicis et tetanicis antidotum expertissimum: castoreum, piper album, petroselinum aequis ponderibus teris, misces, recondis, dabis coclear j jejuno per aliquos dies.

XXI. De Ydrofobicis. — [cf. Coel. III, 9, 11, p. 218 et 220.]

Ydrofobicorum passio est periculosa sicut in multis; fit ex canis rabidi morsu, dixerunt antiqui; alii ex aliis ferarum morsibus et aquarum metu, unde et nomen acceperunt ydrofobas ab aquae metu: ydro aqua, fobas metus graece dicitur; veteres dixerunt ex aeris infusione fieri sine ullo morsu, veluti

sudor fit cum timore; in accessione oculi eminent; cum deambulare coeperint, cadunt et malfiunt cum inmutatione sensus; si cum tremore totius corporis fuerint, moriuntur; fit pulsus modicus; articuli omnes infrigidantur; stercora non reddunt; nulla illis est alienatio mentis; cum proprio sensu pereunt.

[cf. Coel. III, 16, p. 239 sq.] — Curari autem sic debent: potum et omne quod acceperint non videant; quicquid oculi vident nimium pavent; quod si vires vel aetas permiserint et febres non fuerint, flebotoment in dietriton; quodsi aetas non permiserit, adjutoriis curentur, et ad ipsum morsum cauteres ferrei imponantur; initio et potum dato gentianae sucum aut oleum, aut cancros fluviales assos cum calda tritos, aut tiriaca antidotum; et ad morsum ipsum ex multo tempore ex cerotis (*escharoticis?*) medicaminibus curato; venter eis moveatur; thorax et stomachus ex lini semine et hordei farina et mulsa cocta [foveantur], infunde in oleum, ubi coxerit castoreum; et vomitum provocabis post comestionem rafani; ex clystere provocentur; et in stomacho cufas superimponito; loca (in cod. *in loca*) contracta et fenograeci elixatura fovenda, et unguenda loca ex acopis, vel ceroterariis et unguentis diasamsuco et castoreo et absinthio confectis; quadraginta diebus accipiant potum lasar ex calida; item si vires permiserint, potum dari jubemus cucumeris agrestis radices ex calda, aut castoreum et (*ex?*) oximelli, aut absinthium viride in aqua coctum ut vomitus provocetur; cibos accipere debent digestibiles, leves et adjutoria a b n o t i c a (ὑπνωτικά), id est somnifera; nares unguito et frontem; post dimissionem, hoc est post quadraginta dies, vino, carnibus et balneis utantur; quod si per neglegentiam curati non fuerint, in passione epilempticorum vel demoniacorum moriuntur, sicut antiqui scripserunt.

XXII. De fastidio in acutis febribus.

Cibo ac potu aversatio (in cod. *adver-*) aliquando vehementior est, cum in totum cibum recusant; vel aliquando non tam gravat, cum quaedam summopere recusent aegri; et aliquotiens molesta contraria solent desiderare. Causa in stomacho est praecipue, aliquando cum strictura, [*aliquando in fluxu?*], et notam in febribus accipit et (*haec?*) passio. Ergo si per stricturam, laxari debent in stomacho, si per fluxum, constringi; et dari demonstravimus atque monemus hic odorata quaedam danda quae tamen non [caput] feriant (in cod. *ferant*); et si passio permittit, idem fac ad declinationem; gestari illis debere et varios cibos et separandos, ut in declinatione possimus dare leves illos cibos quos dandos varie disponimus [52]); invitantur enim varietate, et repente per quaedam oblata excitantur; et in extremo odorandi, velut (sc. *ut quasi*) gustent de plurimis paululum; tunc enim latenter implebitur quod satis est; sermo qui irritat ad cibum inducendus; quod si non accipiunt, per clisterem iniciatur; et cataplasmate uti debent de pane sicco, et palmulis, et malis citoneis; quodsi omnem cibum adversabitur aeger, sed contrario sibi delectabitur, sermone atque oratione utendum erit; primo quae sunt recta contra voluntatem demus; quodsi omnia contempserit, quod in spe (an sensu *desiderio?*) contraria voluerit, accipiat: constrictoria voluerit,

[52]) Cette phrase est très obscure; — il est difficile de savoir ce qu'Aurelius entend par *odorata quae tamen non ferant.* J'ai supposé qu'il fallait lire *feriant*, et qu'il manquait *caput:* il s'agirait d'odeurs qui ne fatiguent pas la tête. — Quant à *gestari illis .... disposuimus*, cela signifie, je crois, qu'on doit d'abord apporter devant les malades, à diverses reprises, des mets variés, afin qu'à la période de déclin ils se sentent en goût de manger des aliments légers et diversement apprêtés. Aurelius veut qu'on suive ainsi une certaine gradation, et même plus loin il dit que si les malades refusent absolument toute espèce d'alimentation, il faut se contenter de les nourrir nn peu par l'odeur que répandent les mets.

utenda snnt; fluxa desideret, vel contra; tamen quali acceptione valetur eoque modo deficientem sustinebimus, in declinatione tamquam in remissione.

XXIII. De vesicae impetu in acutis febribus.

Solet vesicae in acutis febribus impetus ac dolor esse; quando assidue mejunt et paulatim, intumescuntque membranae, ac dolet pars illa quam effeon (ἐφηρεῖον) Graeci dicunt. Quae omnia solvuntur ubi accessio solvi coeperit; dein plurimum mejunt; quodsi molestius ea passione cubuerint, quando usque ad febris laxationem demissionemque permanere solent ea signa. Ad curam ejus rei qualitas (an sensu *medicamentum* gr. δύναμις?) nota adhiberi debet; foverique ex oleo dulci dulcido (sic) cum calda mixto; debent foveri omnia illa quae supra et sub umbilico sunt vel cataplasmari, et [adhibeas] cucurbitas easque leves, et encatismos calidos, et ydroleon, et fenograeci decoctionem vel malvae; eademque et per clisterem inicere debebis; laxatis et his partibus consumunt vesicam; quodsi aliquis morsus erit in veretro per perioticum (ὠτικὸν; *per* redundat) clysterem oleum calidum erit iniciendum; lenit ac moderat, passionemque ejus augebit sui multitudine; omnes passiones vel apostemata accipiunt, aut vas electum propter causas necessarias [53]); cum omne quod bibitur in vesica confluat, gravabit[ur] id membrum.

---

[53]) Ce texte me paraît avoir quelque rapport avec la doctrine d'Hippocrate, suivant qui les maladies avaient deux voies d'élimination, les dépôts (*κατ' ἀπόθεσιν*) et les flux (*κατ' ἔκρουν*); aux premiers répondent les ***apostemata***, aux seconds le ***vas electum***. La phrase suivante signifie sans doute que la vessie remplit souvent ce rôle de ***vas electum***, puisque tout ce que nous buvons y aboutit; mais il est difficile de savoir ce que l'auteur entend par ***gravabitur***, car la vessie, d'après les doctrines anciennes, ne saurait devenir malade parcequ'elle est le siége de crises.

XXIV. De vesica si defluxerit in acutis febribus.

Si vesica fluxerit in acutis febribus, quum vesica quoque in febribus acutis cum fluxu obvenit, fatigatque aegrum in multum mejendo, non minus quam ventris districtio, adhibebimus stiptica sub vellico (*umbilico?*) atque efebeum (ἐφηβεῖον) atque clunibus; sunt et spongiae ex aqua frigida, vel pusca adhibendae atque epithima egiae (*ygiae.* — Cf. Gal. *Sec. Gen.* VI, 14) frigidae potestatis, et cucurbita staltica.

XXV. De Singultu in febre.

De singultu in febre valido est sermo; accidit hoc aliquando et non febricitantibus eis qui cyliasin (κοιλίασιν) [patiuntur]; nonnunquam et sanis; plerumque evenit et acute febricitantibus aegris. Signum erit stomachi concussio atque libratio cum quodam sonitu proprio atque hujus rei solitario et veluti ex aspero quodam resonanti; et in tantum saevit ut cogat plerosque vomere quae acceperunt; nec tantum simpliciter vomere, sed et cum quadam praefocatione; aliquando est validior, nam tunc et universa quae accepta sunt reici cogit. Adjutoria diversa sunt, ad (in cod. *et*) [hanc] valitudinem (in cod. *nes*) [medicamenta] adhibemus quae superius in stomachi impetu diximus; quia frigdor est in stomacho, calefactionem vel curam (*cufam?*) adhibemus, dicente etiam Yppocrate: Singultus aliquotiens fit aut ex repletione aut ex inanitione (*Aph.* VI, 39); et iterum: Repletio solvit inanitionem (*Aph.* II, 22). Si per longum tempus fuerit, vomitum provocabis ex rafano et potum dato acetum sillaticum, aut castoreum ex mulsa potato, aut calda ubi coxerit ciminum; oximelle cum calda potato; juvat eos cursu evectari; cibos utiles lenes et caldam aquam cum (in cod. *quum*) intervallo (in cod. *-a*) horarum accipiant, non plus sed parvum; ex cocto modicum glutiant, ne singultum

provocent; et stomachum curent, vel oxiporia accipiant thematica, vel epithimata sicca vel aspera. — Linguam de visu comprehendimus et tactu; videmus enim illam siccam, quam tacentem (*tangentes*; forsan *tactam?*) sentimus esse asperam, esse etiam et quasi papulas quasdam in ea; et cernimus et sentimus quod illa exasperata, ac sic encausin (ἔγκαυσιν) passa est et ruborata (in cod. *ro-*) est, vel subcinericii coloris (in cod. *coleris*), vel lividi, vel nigri; ragadias habens cernitur, atque ut sicca[s] et quasi pelliculae pergamenarum similes (in cod. *-is*) in se habet [membranulas?], et vulnuscula nunc ampliora, nunc minora. Quando et vox acriorata fertur, scilicet non ab alia [causa], atque scissa redditur lingua. Oportet autem eos uti collutione oris, et apponemus in mento aut ante mentum, quod Graeci antereon dicunt, apponentes lanas molles intinctas in oleo dulci calido, et linguam fricamus spongia molli et munda intincta in aqua calida; post hoc solvendum (*colluendum?*) est os ex aqua calida aut ipsum anthereum; diameron (διὰ μόρων) medicamine (in cod. *-men*) linguam tingito, aut rosam siccam cum croco ex aequo tritam cum melle mixtam de penna illinito; cataplasma de pane et aqua calida, vel polline fenograeci, et lini semine; de spongia apponito calida; post hoc oleum calidius ore teneant, vel ydroleon, vel decoctionem fenograeci aquatam, aut mulsam dare convenit. et liquido melle ex pinsilo (hoc est *penicillo*) fricabis, et lini semine integro in linteolum ligato, aut foliis mentae viridis. Quodsi asperitas magna fuerit, et lingua, et bucca, et palatus inusta fuerint, gargarizent elixatura (in cod. *-ram*) de rosa sicca in aqua ad tertias decocta.

XXVI. De parotidis quae in febribus fiunt.

In febribus parodides nascuntur vel, propter malignitatem febrium, vel propter hoc: si corpus sit jam velut incompositum; item (in cod. *idem*) qui impetu frigidum vel vinum bibunt, vel

ex perfectione (*perfrictione?*), vel si immoderate hoc (sc. *frigidum*) allevant, vel plurimum loquuntur, tunc laborant enim (in cod. *laborantem*) a loco, vel si dura adsidue manducent, aut frangant, aut multum disputent; ex his enim omnibus causis flegmon (in cod. *-mone*) fit, id est impetus, seu duritia. In febre plurimum gignuntur circa auriculas, unde et parotidae dictae sunt appellatae. Plura de hoc viroso dicunt, variasque adhibent curas; nos autem communem quoque impetum communi curatione curamus; nam quamdiu impetus (*in pejus?*) est passio, tegendi lana munda mollique impetus sunt; dehinc cum status coeperit impetus febrium inminuere, fovemus oleo dulci calido, et auribus ex oleo ubi aliquid infundimus; nec fasciamus lana foramina auribus (*aurium* — vel redundat); extendit enim dolores ad mentum aurium constipatio; tamdiu fovemus oleo quamdiu mitigabitur in pejus (*impetus?*); quodsi non mitigabitur, ubi paululum laxaverit, cataplasma adhibemus: erit ex aqua mulsa, vel idroleon, vel decoctionem fenograeci, vel lini seminis, vel malvae commiscere; paneque operimus; mittimus et oleum calidum, [a]ut possimus pro pane polline uti, vel legitimo illo ex omnibus cataplasmatibus ita tamen ut oleo et melle mixto, tunc diutius calor permaneat; opponamus eis pannos laneos calidos tinctos in calda et oleo; quodsi impetus aut dolor permanebit, pytiriasis (πυρίασις) erit illis adhibenda ex spongiis aqua calida tinctis et expressis; tunc cucurbitam adhibebimus ut non satis constringat; ubi declinaverint, duritias cataplasmamus ex (in cod. *et*) farina ordei et mulsa. Vbi autem minuitur duritia, cretam argentariam, aut agatiam ex aceto conspersam de penna linimus; ubi duritiam invenimus, cerotum erit adhibendum ex oleo dulci limpido: cum aqua conteri debent radices artemisiae, vel adipes porcini recentes; post hoc imponendum erit malagma diaquilon vel diamnascum (*diamnasei*, pro *Mnaseae?*). In omnibus autem temporibus curare

debemus, ut cibos omnes molles et sorbitiones quam [mollissimas accipiant; si?] duritiam aliquam [in gutture patiuntur] ex mulsa gargarizent; quodsi [non] omnem duritiam potuerimus obtinere (in cod. *op-* gallice *résoudre*), dissolvere debemus ut in humorem convertatur et corrumpatur, opponentes triduo nasturtii semen tritum cum aqua, quod in carta inductum super locum ponito; quodsi tollerare non potuerit, cataplasma adhibemus ex lini semine, polline ordei in mulsa cocti, quo usque duritia illa, ut superius diximus, ad maturitatem humoris veniat; tunc cyrurgia erit adhibenda in rotundo; et locum incisum curato sicut in omnibus vulneribus exegerit.

Index auctorem ab AURELIO laudatorum.
